



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber De Prudentia Ivstorvm

Juan <de Jesús María>

Coloniae Agrippinae, MDCXIV

Cap. XII. Instructit tentatos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46940](#)

nam verba hæc mea penetrarent animas vestras , & vos ad æternam cordis custodiam excitarent. Posui ego ex infinita bonitate erga hominem totum cor meum: æquum ergo erit , vt homo cor suum totum mihi reddat. Gratia iigitur estote, filij: & escam hanc suauissimam mihi afferte. Et ego , qui exigua munera non despicio, magnum sacrificium hoc odorabor , faciamque ut iugiter ardeat in altari meo. Et demum eius suauitate allectus attraham vos ad meipsum, & recondam vos fidelissimos seruos meos , cordisque custodes, in thalamo , quem filii regum cuperunt , hoc est in penetralibus tenuerrimi cordis mei.

C A P. XII.

Instruct tentatos.

FILII, oportet vos probari , si accepti estis Deo, vt ego in vobis glorificer, & vos maiori gloria coronemini. Aurum probatur in igne , & homo in camino tribulationis. Confortamini, & estote robusti, nec villo modo seruitis Philistæis. Nō vos relinquā, vel patiar ten-

tiar tentari supra id, quod potestis: Sed faciam potius cum temptatione prouen-
tum. Lætamini, cùm exercemini multi-
plici colluctatione aduersus carnem,
& sanguinem, & aduersus principes
quoque tenebrarum harum: quoniam
ego vobiscum sum, vt eruam vos de
manu inimicorum vestrorum, qui fa-
luti vestræ vehementer insidiantur.
Non est voluntatis meæ ruina homi-
nis, neque vnquam suspirantes ad me
deserui in tempore senectutis. Ego vi-
ci mundum. Ego Pontifex vester, vir
dolorum, & sciens infirmitatem, cui
pugnantibus pugno, & cum victoribus
vinco. Beati eritis, si per omnia ad si-
militudinem meam tentemini, & pa-
tiamini foris pugnas, intustimores. Si
enim sufferatis temptationem, & ego
renes vestros, & cor vestrum exuram,
eritis fælices tanquam filij excusiorū,
qui timore & probatione mea prospe-
rātur. Accipite mites corde consilium
meum: quando tentatio vos multum
angit, celeriter inuocate me, & sine
ulla hæfitatione confidite, vos gratia

mea iuuante victuros. Clamate ad me fortiter, & in spem contra spem credite: & videbitis mirabilia, quæ operabor in medio vestri. Recordamini eleeti populi mei ad littus Rubri maris suspirantis, & Pharaonem propinquâtem, cum mortis horrore, timentis. Ego increpui mare Rubrum, & exsiccatum est: & deduxi seruos meos in abyssis, sicut in deserto Nequè solum in angustia saluaui eos, propter gloriosissimum nomen meum ; sed & in aliis euentibus, quando clamauerunt ad me, cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eripui eos. Cauete filij difidentiam, quæ pugnat cum dulcissima misericordia mea. Etiam si ad portas mortis accedatis , adhuc sperate in multitudine magnitudinis, & suavitate infinitæ bonitatis meæ: & habentes suminum sacerdotem , qui penetrauit Cœlos, & interpellat pro vobis, exercete vestræ spei fortissimam, & solatio plenam confessionem. Contemnите minas mundi, & inferni, fundati supra firmam petram angularem , quæ ruanam non timet. Et infirmabuntur crura omnium

omnium regum Amorrhæorum, qui transitum vestrum in terram fidelissimæ promissionis impedire conantur. Pugnate pro æternaliaude mea, & salute vestra: & ego coram vobis omnes inimicos vestros humiliabo.

CAP. XIII.

Hortatur ad considerationem mysterij Incarnationis..

AMANT homines nouitatem , & rerum nouarum studio delectantur: & tamen cum nouum fecerit Dominus super terram , quando fœmina circumdedit virum , pauci sunt , qui nouum hoc , & mirabile mysterium dignè considerent: Non placet mihi filij mei obliuio hęc , & nimis dura ingratitudo: quia & gloriæ meæ , & saluti , cōfolationique vestræ contraria est. Ego posui homines in dulcissimo memoriali nominis mei , ut illorum Deus nominarer : & cum in forma Dei essem , ex altitudine illa infinita descendì , ut factus homo , essem amantissimus frater , & amicus vester: quo certè beneficio vos conditione fragiles Angelicis